Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Hinc est & iam illud pater diligit filium & omnia dedit in manu eius;
Qui credit in filium habet uitam aeternam;
Qui autem incredulus est filio non habebit uitam sed ira dei manet super eum; In quo igitur horum genere ponemus infantes in eorum qui credunt in filium. aut in eorum qui sunt incredulii filio; In neutro aut aliquis qui adhuc credere non possunt. nec incredulii deputandis;
Non hoc indicat ecclesiastica regula quae baptizatos infantes fidelium numero adiungit; Porro isti qui baptizantur ppter uisibile celebrationem tanti sacramenti quamuis suo corde atq; ore non agant quod ad credendum confitendumq; pertineat. tamen in numero credentium computantur. profecto illi quibus sacramentum defuerit in eis. habendi sunt qui non credunt filio. atq; ideo si huius inanes gratiae de corpore exierint. sequitur eos quod